

competeret sive de iure sive de facto contra praepositum sancti Thomae suumque conventum conquiescere penitus et cessare ac iuri hereditario si quid sibi competere videbatur renunciare integraliter pure simpliciter et in totum. Qui nostris parens iussionibus omni actioni et iuri quod sibi posset competere renunciavit liberaliter absolute. Ut autem dicti clerici indigentia in aliquo sublevaretur, decrevimus ordinavimus et iussimus, dominum praepositum sancti Thomae suumque conventum praefato Johanni clerico exsolvere sex marcas usualis argenti terminis subnotatis, in festo penthecostes proxime nunc venturo unam marcem, in festo assumptionis unam marcem, in festo nativitatis domini duas marcas, in festo paschae duas marcas. Acta sunt haec coram nobis in ambitu ecclesiae nostrae anno domini M° CC° LXXX° feria secunda post Invocavit, praesentibus magistro Johanne de Heborch, magistro Gerlacho scriptore decani, Henrico de Werichhusin, Ludolfo camerario dominorum in Merseburch et aliis quam plurimis fide dignis. In cuius compositionis testimonium praesentem paginam sigillo venerabilis domini nostri episcopi Merseburgensis ac domini decani Merseburgensis nec non nostro proprio fecimus sigillari.

Nach dem Registrum copiarum omnium iurium libertatum privilegiorum atque omnium bonorum monasterii sanctae Thomae fol. 120 im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

No. 34. (1290).

Der Stiftsprobst Dietrich setzt den Probst Petrus zu S. Thomas von dem Inhalt des in der Streitsache zwischen dem Kloster und dem Cleriker Johannes gefüllten Schieds-spruchs (No. 33) in Kenntniss.

Honorabili domino P. praeposito sancti Thomae in Liepk Th. dei gratia Merseburgensis ecclesiae praepositus obsequiosam in omnibus voluntatem. Noveritis ex nostro et domini H. de Dasle instinctu et promotione causam, quam Johannes clericus contra vos movit et movere intendebat, esse sopitam et concordatam in hunc modum. Ambae partes videlicet dominus Albertus nomine vestro et Johannes pars adversa data fide et praestito iuramento promiserunt, quod inviolabiliter observare deberent quidquid per nos ceterosque arbitros arbitrando ipsis diceretur immutabiliter observandum. Nos itaque deliberatione matura habita arbitrando ordinavimus, vos debere dicto Johanni dare sex marcas certis temporibus infra scriptis, videlicet in festo penthecostes proxime nunc venturo unam marcem, in assumptione sequenti unam, in festo nativitatis domini proximo duas, in festo vero pascae subsequenti duas, istis conditionibus apposis et inclusis scilicet quod dictus Johannes omni iuri necnon omnibus actionibus quas contra vos et vestrum conventum habebat integraliter renunctiaret postmodum minime iterandas. Hanc ordinationem pro bono vestro vestrique conventus adinvenimus, quia in eodem negotio viam non vidimus tutiorem.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Siegel des Probstes an einem von der Urkunde z. Th. losgetrennten Pergamentstreifen.